



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

Sancti tempore ueteris testamenti, multa contribuerunt. Cap. XLVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

*Sancti tempore ueteris testamenti, multa contribue-  
runt. Cap. XLVII.*

**S**ancti Dei homines, legis & umbræ futurorū honorū **A**ntēpore, hac p̄diti erant authoritate. Nam, q̄bus laudum canticis sacrificia umbratrica offerrentur, ordinauerunt & sanxerūt. Parimodo, Christi coruscante ḡra & euangelio, ac fide diuulgata, cernimus esse, sed multo pulchrius, deuotius atq; diuinius factū. Samuel, vnuis inter eos qui in- *Psal. 98.*  
uocabant dñm in veritate, prophetarum cuneos instituit, qui laudes dño in instrumentis musicis resonarent. Nēpe, *1. Reg. 10.*  
in sono tube, in psalterio & cytharis, in tympanis & choris *& 19.*  
& organis, in cymbalis bene sonatibus & iubilationis: Itē,  
in sono tubæ & psalterijs, & id genus alijs instrumētis mu-  
sicis: Dubio p̄cul, q̄ modularent, cantica & sonos eis p̄scri-  
bens, deuotionis plena. Verūm, huius ex lege dei nullū ha-  
buit mandatū: Sed & cum moriente, mortuus est iste ritus  
laudandi deū magna ex parte. Post cū Dauid electus Dei, *1. Reg. 13.*  
vir secundū cor dei, qui fecit oēs eius voluntates, mirū in *Act. 13.*  
modū laudes Dei auxit, æditis psalmis centū quinquagin-  
ta, atq; ministris domus dei modulandos distribuit, vt in *1. Par. 24.*  
Paralippomenon cernere est. Et eius ordinatio (q̄a vatum *25. & 26.*  
maximus est) legis robur obtinuit, & seruatur usq; in ho-  
diernū diem, ab ijs qui immaculati in via ambulant in le-  
ge dñi. Mirabile dictu: dū iste modus seruabatur à priscis  
ritu in uiolabili, à ministris templi & regibus (quamuis in  
lege Dei nec præscriptus, nec præceptus esset: & hanc ob  
causam etiam à Sadducæis despiceretur) omnibus mor- *Heft. 13.*  
talibus optata pace fruebantur, ex animi sententia omnia *2. Mac. 9.*  
habebant, omnibus bonis, timore malorum sublato ab *Prou. 1.*  
undabant. Hunc reges Iuda, quibus bonitatis testimoniū  
scriptura perhibet, quōd zelum legis habuerunt secun- *Rom. 1.*  
dum scientiam, videlicet Dauid, Salomon, Aſa, Iosaphat.  
Ezechias, Iosias, strictissimè seruauerūt: Et collapsum per

L 2 præ-

prædecessores idololatras vel neglectum, mox cum poterunt, acceperunt, instaurauerunt ante omnia, & sic omnia eis euenerunt prosperè, & Dei omnibus operibus manuum eorum benedixit. At contra, qui hunc psallendi & seruendi Deo ritum neglexerunt, postergarunt, aut prohibuerunt, illos Deus dereliquit, dedit inimicis in direptionem, nihil habuerunt prosperi, ab eis auertit faciem suam, usque ad internicionem eos persequebatur, & dementauit posteriora eorum.

## ¶ 21.

Vmbræ legis & ueritatis siue diei tempora conferuntur. Cap. XLVIII.

**A** Vnc mirabilem veritatis, cum vmbra consonantiam libet conferre. Legem naturæ (ut fuisus postea dicemus) in cordibus hominū ab initio scripsit Deus. Ast vbi abundare cœpit malicia, & charitas refrigescere, neque esset amplius qui faceret bonum, aut vix unus: aut rarus, aut nullus qui lumē sequeretur legis quæ mentibus etiam nostris impressa est: tunc exuberās Dei bonitas, nolens viros perire, sed ad agnitionē veritatis peruenire omnes: alia quadam via, ad voluntatis suæ cognitionē simul & operationē, exorbitantem & exasperantem mundū reuocauit: Maximè verò gentē Iudaorū, quā dilexit, ppter patres: Nam illis per angelum, decalogum descripserat lapideis in tabulis duabus in deserto, mox vt eos de manu inimicoru suorū vindicauerat: vt sic in sanctitate & iusticia ei seruirerit omnibus diebus suis. Sed (heu) cito declinauerunt de via quam ostendit illis amicus Dei Moses: Dilexerunt Deum in ore suo, & lingua sua mentiebātū ei. Quia cor eorū nō erat rectum cum Deo, nec fideles erant in testamēto eius: Moses dedit eis legē, sed nemo fermè corū seruauit eam.

**B** Videns ergo pater misericordiarum & Deus omnis consolacionis, quod multa malicia hominum esset super terram & ne-

mo